

Philippus Coloniensis archiepiscopus et Ytalie archicancellarius. Hermannus Monasteriensis episcopus. Adilo Hildenesheimensis episcopus. Hugo Verdensis episcopus. Arnoldus Osemburgensis episcopus. Sifridus Brandenburgensis episcopus. ...^{a)} abbas Werdensis. Cunradus abbas Murbacensis. Luduicus lantgravius Thuringie. Florentius comes Hollandie et Otto frater eius. Henricus comes de Dithse. Henricus marescalcus. Cûno de 5 Mincembere camerarius. Cûnradus pincerna. Walterus dapifer. De Lombardis. Wilhelmus marchio Montis Ferrati. Murrue filius Obizionis marchionis Malespine. Reinerius comes de Blandrato. Cavalcasella et Martinus frater eius de Castello. De Papia. Carbo et Syrus. Billonus de Curte. Burgundio. Assalitus. Businardus. Cremonenses. Wizarhardus Dodonis consul. Pontius de Geroldis. Gerardus de Dovaria. Homobonus de 10 Trezza. Ribaldus de Pescarola et alii quam plures.

:Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.: (M.)

Ego Godefridus cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXVI, indictione viii, 15
regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictissimo,
anno regni eius XXVI, imperii vero XXXIII;
datum Papie apud sanctum Salvatorem iiii kal. augusti mensis; (SJD.)
feliciter amen.

410.

20

Kaiser Friedrich I. läßt durch den Markgrafen Dietrich von der Lausitz einen Spruch verkündigen, der die Häuser, Grundstücke und Personen der Domherren und Dompriester in Minden gegen Rechtseingriffe sichert.

Cremona [1176 Dez.].

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Münster. Von der Besiegelung nur zwei kleine Pergamentstreifen vorhanden.

Gedr.: Wilmans-Philippi, Die Kaiserurk. der Prov. Westfalen 2,332 (mit 1175 Dez.). Stumpf 4186.

25

F[ridericus] dei gratia Romanorum inperator et semper augustus. Sanctę Mindensis ecclesię honesto et venerabili clero universo et eiusdem ecclesię fidelibus tam nobiles quam liberis et ministerialibus ompibus gratiam suam et omne bonum. Quoniam iustum et honestum est, quod omnis, qui principatum amministrat, principatus officia non negligat, ideo nos, quantum longa et gravis occupacio nostra et importuna bellorum 30 tempestas patitur et in quantum illa benignissima auctoris omnium pietas cooperari dignabitur, paci omnium ecclesiarum providere cupimus et intendimus. Eas vero, quas nobis devociore in imperio ad serviendum promciores cognoscimus, plus ceteris honorare debemus et volumus. Inde igitur est, quod Mindensem ecclesiam, que devotum obsequium cum sincera et debita hactenus nobis fidelitate exhibuit, favorali et sereno gratię nostrę 35 amplexamur affectu. Pro rogatu et voluntate fidelis et dilecti nostri Annonis episcopi vestri maxime cogente nos rigore iusticię, que nulli neganda est, vobis et omnibus comprovincialibus vestris hanc maiestatis nostre dirigimus paginam. Inperatorię itaque^{a)}

409. a) Lücke gelassen.

410. a) Von anderer Hand über der Zeile nachgetragen,

40